Incunabula. 37

Poesis

Crosz. 4

Probae, Centonae. Uatis. Clarissimae.

Brixie a magistro Bernardino misinta.

1496.

Hain Repert. bibliogr. N.*6,907.

(Wist. 170)

¶ Probae . Centonae . Uatis . Clarissimae : a . Diuo . Hieronymo . Conprobatae .
Centonam .
De : fidei nostrae .
Misteriis .
.e . Ma Ro Nis .
Carminibus
Ex Cer Ptum
Opus Cen
Lnm

¶ Gregorius super omelia erunt signa &c.
Sicut in iuuentute uiget corpus forte & incolume manet pectus tor/
rosa ceruix plena sunt brachia. In annis autem senilibus statura curua
tur ceruix exsiccata deponitur frequentibus suspiriis pectus urgetur
uirtus deficit loqnentis anhelitus uerba intercidit nam & si langor de
sit: plerūq; senibus ipsa sua salus egritudo est.

B D F

¶ Cum quis ad senectutem peruenerit cor affligitur: caput concuti-
tur: lāguet spiritus: fetet anhelius: facies rugatur: statura curuatur: ca/
ligant oculi: uacillāt articuli: nares effluunt: crines defluunt: dentes
putrescunt: aures surdescūt: tremit tactus: deperit actus: senex facile
prouocat᷑: difficile reuocatur: cito credit: difficile discredit: tenax: cu
pidus: tristis & querulus: uelox ad loquēdum: tardus ad audiendum
suspirat: anxiatur: torpet: infirmatur.



Probę Falconiæ Centonæ Clarissimę Fœminæ excerptum e: Maronis carminibus ad testimonium ueteris nouiqꝫ testamenti Opusculum Centones. cap .i.

IAm dudum temerasse duces: pia fœdera pacis.
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido
Diuersasqꝫ neces regum crudelia bella
Cognatasqꝫ acies pollutas cede parentum
In signes clipeos nulloqꝫ ex hoste trophea
Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos
Innumeris totiens uiduatas ciuibus urbes
Confiteor scripsi: satis est meminisse malorum

Inuocatio dei cap. ii.

Nunc deus omnipotens. sacrum precor accipe carmen.
Aeternumqꝫ tui septemplicis ora resolue
Spiritus. atqꝫ mei resera penetralia cordis
Archana: ut possim natis proba cuncta referre
Non nunc ambrosium cura est mihi querere nectar
g ii Nec libet aonio de uertice ducere musas
Non mihi saxa loqui uanus persuadear horror
Laugerasqꝫ sequi tripodas: & inania uota
Iurgantesqꝫ deas. procerum dictosqꝫ penates e viii.
Nullus enim labor est: uerbis extendere famam e iiii.
Atqꝫ hominum studiis paruam disquirere laudem

Tactandorum propositio cap. iii.

Castalio sed fonte madens imitata beatos
Quæ sitiens ausi sanctæ libamina pacis
g i Hinc canere incipiam: presens deus errige mentem
Virgilium cecinsse loquar: pia numera christi
e xi Rem nulli obscuram. repetens ab origine pandam g iii.
e 4 Siqua fides: animum ueri: sed fusa per artus e vi.
Mens agitat molem: & toto se corpore miscet
Spiritus & quantum nonnoxia corpora tardant. e vi.
Terreniqꝫ hebetant artus moribundaqꝫ membra

Deprecatio ad deum. cap. iiii.

e x O pater o hominum rerumqꝫ eterna potestas
Da facilem cursum: atqꝫ animis illabare nostris iiii.
g ii Tuqꝫ ades. inceptumqꝫ una decurre laborem e vi.
e i Nate patris summi: uigor & celestis origo e viii.
e xi Quē primū colimus: meritosqꝫ innouamus honores e viii.
b iiii Iam noua progenies: omnis quem credidit ætas e viii.

g 4 Quæ sint quæ fuerint: & quæ uentura trahũtur
e 6 Moseum ante oẽs totum cecinisse per orbem b iiii
Iam pridem memini ueterũ monimenta uirorum e 8
e 8 Munera uera cano satis est potuisse uideri b 3
b 6 Omnia. ut ipse tener mundi concreuerit orbis
g ii Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas
Vnde hominũ pecudumq; genus uitęq; uolantum
e 6 Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus
Et si quid simul ignis habet: uel mobilis humor
g ii Haud aliter prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies alium ue habuisse tenorem
Crediderim. maior rerũ mihi nascitur ordo e 7
e 4 Si qua fides: tanto est operi na&ura uetustas e x
b ii Nãq; fatebor enim. leuium spectacula rerum g
Semper equos atq; arma uirũ pugnasq; canebam e
g i Et studio: incassum uolui exercere laborem e
g 3 Omnia temptanti potior sententia uisa est
e 6 Pandere res altas terra & caligine mersas.
Inq; dies: aliquid iam dudum inuadere magnum e 9
e xi Mens agitur mihi nec placida contenta quiete est
e 6 Ore fauete omnes lætasq; aduertite mentes
g 4 Matres atq; uiri pueri innuptæq; puellæ

¶ De creatione mundi. cap. 5.

e 6 Principio cęlum ac terras camposq; liquentes
eodẽ Lucentemq; globum: lunę solisq; labores e i.
g i Ipse pater statuit: uos o clarissima mundi g i.
eodẽ Lumina: labentem cęlo quæ ducitis annum
e 3 Nam neq; erant astrorum ignes nec lucidus æther
e 5 Sed nox atra polum bigis sub nocte tenebat
e 5 Et chaos in pręceps tantum tendebat ad umbras
Quantus ad æthereum cæli suspectus olimpum

¶ De diuisione lucis a tenebris. cap. 6.

e x Tunc pater oipotens rerum cui sum ma potestas.
e 6 Aera dimouit tenebrosum & dispulit umbras
g i Et medium luci atq; umbras iam diuidit orbem
e 3 Sidera cuncta notat: tacito labentia cœlo
e 7 Intentos uoluens oculos qua parte calores
g 3 Ausonios tulerat: quæ terga auerterit axi
Obliquus qua se signorum ueterit ordo

¶ De diuisione ãni in quattuor partes. s. in hyemẽ: uer: æsta/
tem & autumpnum. cap. 7.

e 3 Poſtquam conct uidet cęlo conſtare ſereno
e x Omnipotens:ſtellis numeros & nomina fecit
g 3 Temporibuſq; parem diuerſis quattuor annum
Aeſtus & pluuias:& agentes frigora uentos
eodē Atq; hæc ut certis poſſemus diſcere ſignis
g ii Verre tument terræ & genitalia ſemina poſcunt
g 1 Ac medio toſtas æſtu terit area fruges
Et uario ponit fœtus autumpnus:& atra
Venit hyemps teritur furentia bacha trapetis
eodē Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annns
Tempore iam ex illo fœcundus imbribus æther
Magnus alit magno commixtus tempore fœtus

Opus primæ diei. cap. 8.

e 4 Et iam prima nouo ſpargeat lumine terras
e ii Ducebatq; diem ſtellis aurora fugatis
b 9 Tunc durare ſolum & diſcludere nerea ponto
eodē Incipit:& rerum paulatim ſummere formas
e 5 Et uariæ pelagi facies:inmania cęte
e 8 Aequora uertebant caudis æſtumq; ſecabant
g 4 Nec non & uaſti circuibant æquora ponti
e ii Iam ſole infuſo:iam rebus luce retectis
g 4 Exultans roremq; ſimul diſpargit amarum

Secundæ diei opus. cap. 9.

e 3 Poſtera iamq; dies primo ſurgebat eoo
g ii Fudit humus flores & frondes explicat omnes
eodē Sanguineiſq; inculta rubent amaricha bacchis
Non raſtris hominum nec ulli obnoxia curæ

Diei tertie opus Cap. 10.

e ii Tertia lux gelidam cælo dimouerit umbram
g ii Auia tunc reſonant auibus uirgulta ſonoris
g i Et liquidas corui preſſo dant gutture uoces
b 1 Nec gemere aerea ceſſabit turtur ab ulmo

Opus quarti diei. Cap. xi.

e 3 Quarto terra dies:uariarum monſtra ferarum e 6.
eodē Omni genumq; pecus:nullo cuſtode per herbam
e 6 Educit ſiluis:ſubito mirabile uiſu e 1.
e xii Tunc demum mouet arma leo:tunc peſſima tigris g 3
g 4 Squammoſuſq; draco:& fulua ceruice leęna
e 7 Sceuire ac formę magnorum ululare luporum
Cætera paſcuntur uirides armenta per agros
Nec gregibus liquidi fontes:nec gramina deſunt

¶ Quintæ & sextæ dierum operā. cap. xii.

e 3 Iamqꝫ dies alterqꝫ dies processit: & omne e x.
e x Hoc uirtutis opus diuine mentis & artis
e i Prospiciens genitor perfectis ordine rebus
eodē Expleri mentem nequit: ardescitqꝫ tuendo
g 4 Terrarum tractusqꝫ maris cælūqꝫ profundum
e 8 Alituum pecudumqꝫ genus: secumqꝫ uolutat e xii
e i Qui mare: qui terras: omni ditione tenentur
g ii Neu signes iaceant terra iuuet usqꝫ morari e 6.

¶ De formatione primi hominis. Cap. 13.

Talia uersanti subito sententia sedit
Fœlicemqꝫ trahit limum figitqꝫ premendo.
Pingue solum: primis extemplo: a mensibus anni
Iamqꝫ improuiso tante pietatis imago
Processit noua forma uiri pulcherrima rerum
Os humerosqꝫ deo similes cui mentem animumqꝫ
Maiora agit nec non opera ad maiora remittit

¶ De formatione eue. Cap. 14.

e 6 Queritur hinc alius: nec quisqꝫ ex agmine tanto
eodē Audet adire uirum: sociusqꝫ in regna uocari e 7.
g 4 Haud mora continuo: placidam per membra quietem e i
e 3 Dat iuueni: & dulci declinant lumina sompno e 4.
e x Atqꝫ illi medio in spacio: iam noctis opacæ e 8.
eodē Omnipotens genitor: costas & uiscera nudat e i.
e xi Harum unam iuueni: laterum compagibus actis eodē
e 6 Erripuit: subitoqꝫ oritur mirabile donum eodem
e 7 Argumentum ingens clara cum luce refulxit e ii.
e xi Insignis facie: & pulcro cum pectore uirgo e 3.
e 7 Iam matura uiro: iam plenis nubilis annis
eodē Olli sopnum ingens rupit pauor: ossaqꝫ & artus
e 4 Coniugium uocat: & stupefactus minime pressit e 7
e 8 Exceptiqꝫ manu: dextramqꝫ amplexus adhesit

¶ Benedictio Adæ & Euæ a domino. Cap. 15.

e 6 His demum exactis: torquet qui sydera mundi e 9.
e x Iussit eo dicente: premit placida æquora pontus e x.
eodē Et tremefacta solo est tellus: siler arduus æther
e 3 Viuite fœlices: interqꝫ uirentia culta g i.
e 6 Fortunatorum nemorum sedesqꝫ beatas
e 7 Hæc domus hęc patria est requies ea certa laborum

e i His ego nec metas rerum nec tempora ponõ
eodē Imperium sine fine dedi: multosq; per annos e i.
b 4 Non rastrum patietur humus nec uinea falcem
g 4 At genus immortale manet: nec tarda senectus e 6.
e xi Debilitat uires animi mutatq; uigorem

¶ Dominus prohibet: ne comedant de ligno scientiæ boni & mali alioquin morientur. Cap. i6.

e 7 Vos quæcunq; dicam animis aduertite uestris
e 6 In medio ramos annosaq; brachia tendens
e i Est in conspectu ramis fœlicibus arbor g ii.
e 7 Quam neq; fas igni cuiquam nec sternere ferro
eodē Relligione sacra: nunquam concessa moueri e 3
e 6 Hac quicunq; sacros decerpserit arbore fœtus
e xi Morte luet merita: nec me sententia uertit e i.
e 3 Nec tibi iam prudens quisquam persuadeat auctor
g 3 Commaculare manus liceat: te uoce moueri e x.
g ii Fœmina: nec te ullius uiolentia uincat
g i Si te digna manet diuini gloria iuris

¶ Ostensio paradisi & eius descriptio Cap. i7.

e 3 Postquam cuncta pater: cæli cui sydera parent e x.
e 8 Composuit legesq; dedit: camposq; nitentes e 6
e 6 Desuper ostentat: tantarum gloria rerum e 4.
e 6 Ecce autem primi sub cardine solis & ortus
e i Deuenere locos: ubi mollis amaricus illos e i.
eodē Floribus & dulci aspirans complectitur umbra.
g ii Hic uer purpureum: atq; alienis messibus æstas
g 4 Hic liquidi fontes: & cæli tempore certo g 4
eodē Dulcia mella premunt hic candida populus antro b 9.
b 9 Imminet & lentę texunt umbracula uites
g 4 Inuitant croceis halantes floribus orti
e 6 Inter odoratum lauri nemus: ipsaq; tellus 3 i.
eodē Omnia liberius nullo poscente ferebat
e 9 Fortunati ambo si mens nõ læua fuisset e ii.
e xi Coniugis infandæ decuit post exitus ingens e v.

¶ Tentatio primorum parentum a diabolo. cap. i8.

e ii Iamq; dies infanda aderat per florea rura e i.
g i Ecce inimicus atrox inmensis orbibus anguis e ii.
e v Septem ingens gyros: septena uolumina uersat
e 3 Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli

e xi Obiiqua insidia ramo frondente pependit e 7.
e 7 Vipeream inspirat animam: cui tristia bella
eodē Iræ inuidieq;: & noxia crimina cordi
eodē Odit & ipse pater tot sese uertit in ora
e xi Arrectisq; horret squammis: & nequit in ausum
eodē Aut intentatum sceleris doliue relinquat
e 6 Sic prior aggreditur dictis seseq; obtulit ultro

¶ Eua seducitur primo. Cap. 19.

e 6 Hic ait: o: uirgo lucis habitamus opacis e 6.
eodē Riparumq; thoros: & prata recentia riuis. e xi
e xi Incolimus quæ tanta animis ignauia uenit
b 7 Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma
g 3 Pocula sunt liquidi fontes cælestia dona g iiii
e ii Atractare nescis: id: rebus defuit unum
e v Quis prohibet causas penitus temptare latentes e 3.
e 8 Vana superstitio: rerum pars altera adempta est e 9.
e xii Conditio mea si non irrita dicta putares e x.
eodē Auctor ero audendi: sacrata soluere iura e ii.
e iiii Tu coniunx tibi fas est animum temptare precando e iiii.
b 7 Dux ego uester ero: tua sit mihi certa uoluntas
e 3 Extruimusq; choros dapimus epulamur opimis

¶ Et comedit eua de fructu ligni uetiti. cap. xx.

e ii Sic ait & dicto citius: quod lege tenentur e xii.
e 7 Subiciunt epulis oculi: uenerabile lignum eodem.
eodē Inspiciunt: atq; dapes contactuq; omnia fœdant e 3.
e i Precipue insistit pesti deuota futuræ
g ii Miraturq; nouas frondes nec: non sua poma
e 6 Causa mali tanti summotenus attigit ore e i.
e 7 Maius adorta nefas maioremq; adorsa furorem

¶ Eua seduxit uirum adesum pomi Cap. xxi.

e ii Heu misero coniunx aliena ex arbore germen
e xi Obicit: atq; animnm subita dulcedine mouit e 8.
e xi Continuo noua lux oculis effulxit: At illi e xi

¶ Vident se nudos & faciūt sibi perizomata cap. xxi.

e 8 Terrentur uisu subito: nec plura morari e 5.
e 7 Corpora sub ramis abiectę frondis in umbram
e 4 Consertum tegmen: nec spes opis ulla dabatur e ii
e xi At non hoc illis hominum rerumq; repertor
e xi Obseruans oculis: cedes & facta tirampni e 8.
e 4 Pręsensit uotumq; ferens quod fœmina possit e 5.
Continuo inuadit: procul o procul este profani e 6.
Conclamat cælum ac terras qui numine firmat. e 4.

¶ Et quærunt fugere & se abscondere. cap. xxiii.

e x Atq; illi longe gradientem ac dira furentem
eodē Vt uidere metu uersi retroq; ruentes
e 6 Diffugiunt siluas & sic ubi concaua furtim
e 5 Saxa petunt: piget incœpti lucemq; nec auras e 6.
eodē Respiciunt: tedet cęli conuexa tueri e 4

¶ Increpat illos dominus. cap xxiiii.

e 4 Nec lōgum in medio tempus cum creber ad auras e ii.
e ii Visus adesse pedum sonitus genitorq; per umbram
e x Talibus affatur dictis: atq; increpat ultro e 9
e 5 Infœlix quæ tanta animum dementia cepit
eodē Quis furor ille nouus quo nunc quo tenditis inquit
e 4 Regnorum immemores: quæ mentem insania mutat e xii.
e 6 Dicite: quæ lucis miseris tam dira cupido
e i Maturate fugam: totoq; absistite luco e 6.
e 3 Nec reuocare gradum: si quando aduersa uocatis e 9.
e x Est licitum: flammis ambit torrentibus amnis e 6.
e 6 Per medium stridens: torquentq; sonantia saxa eodem
e 3 Attollitq; globos flammarum & sydera lambit

¶ Adam se excusat cap. xxv.

e 5 Ille sub hęc tua me genitor: quoq; tristis imago e 6.
e 8 His posuere locis. merui nec deprecor inquit e xii.
e x Omnipotens sonitūq; pedum uocemq; tremisco e 3
e xi Conscius audacis facti: monitiq; sinister. e x
g ii Fœmiua fert tristes sucos tardumq; saporem
e 4 Illa dolos dirumq; nephas sub pectore uersans
e ii Insontem infando iudicio: moritura puella g 4
e x Dum furit in cautum crudeli morte peremit
e 6 Suasit enim scis ipse: nec est te fallere cuiquam g 4
b 7 Vt uidi ut perii: ut me malus abstulit error
e xi Contigimus manu quod non sua seminat arbos

¶ Hic primo deus maledicit serpenti. cap. xxvi.

g ii Tunc pater omnipotens solio se misit ab alto e 8.
e 3 Accipite ergo animis atq; hęc mea figite dicta
e 6 Tuq; prior scelere ante alios inmanior omnis e i.
e 5 Quem nec longa dies: pietas nec mitigat ulla.
e 6 Hortator scelerum: coluber mala gramina pasces e ii.
g 4 Desidia latamq; trahens inglorius aluum
e 7 Cede locis: nullis hominum cogentibus ipse g ii.
g ii Tentus ut argilla & dumosis calculus aruis

¶ Deinde infligit homini labores. cap .xxvii.

e ii At tibi pro scelere: exclamat pro talibus ausis

e xi Omne æuum ferro teritur: primusq; per artem g ii.

e vi Heu miserande puer: terram insectabere rastris g ii.

g i Et sonitu terribis aues: horrebit in aruis

eodem Cardinis & spinis surget paliurus acutis

Lappæq; & tribuliq; & fallax herba ueneni.

At sic triticeā in messem robustaq; farra

Exercebis humum: frustra expectabis aceruum

Concussaq; famem in sylius solabere quercu

e vi Insuper his subeunt morbi tristisq; senectus

¶ Postea reprehēdit euā: & indicit eis mortē cap. xviii

g 3 Et labor & diræ rapit inclementia mortis

eodē Hæc tibi semper erunt: tuq; o sæuissima coniunx e xi.

e i Non ignara mali caput horum & causa malorum

g 4 Magna lues commissa tibi: heu perdita nescis. e 4

e 4 Nec quæ circunstent te tanta pericula cernis

eodē Nunc morere ut merita es: tota quod mente petisti.

e ix Nec mea iam mutata loco: sententia cedit

¶ Et flentes ambo fugātur de padiso cap. xxix.

e ii At iuuenem primum sæuus circumstetit horror.

e vi Diriguere oculi: nec se celare tenebris e ix.

e xii Amplius: aut notas audire aut reddere uoces e v.

e vii Haud mora festinant rapidi si iussi q; feruntur

Passibus & pariter gressi per opaca dierum e vi.

e vi Corripiunt spatium medium lumenq; relinquunt e v.

e x Flentes: & paribus curis uestigia figunt e vi.

e 4 Tum uictum in siluis bacchas lapidosaq; corna

eodē Dant rami: & uulsis pascunt radicibus herbę

¶ Nascuntur duo filii Euæ cap. 30.

e 4 Interea magno sol circumuolitur anno

eodē Matri longa decem tulerant fastidia menses

g i Vnde homines nati durum genus inde per artem e xii.

g 3 Haud herbæ campo apparēt aut arbore frōdes.

g ii Inq; nouos soles audent se germine tuto

Credere: & lentis uuam dimittere ramis g 4

g 4 Instituunt ideoq; dolent inholescere sulco g ii

¶ A Caym post altare occiditu Abel Cap. 31.

e vii Tunc gemini fratres adolent dum altaria cedis e vii

e ii Alter in alterius prælato inuidit honori e v

eodē Horresco referens consanguinitate propinquum e ii.

e 3 Excipit in cautum patriasq; obtruncat ad aras

e ii Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes

¶Deinde ceperũt oĩa mala in hominibus & animalibus
propter auaritiam & inuidiam. cap. xxxii.

e iii Tunc genitor:uirus serpentibus addidit atris g i.
g i Malaqꝫ decussit foliis ignemqꝫ remouit
Prędariqꝫ lupos iussit pontumqꝫ moueri
eodẽ Et passim riuis currentia uina repressit
Mox & iumentis labor additus ut mala culmo
Esset rubigo:& uictum seges ægra negaret e 3

¶Incipiunt animalia capi & uolatilia

g iii Tunc laqueis captare feras & fallere uisco
eodẽ Inuentum & duris urgens in rebus ægestas g i.
eodẽ Mouit agros curis acuens mortalia corda
e viii Deterior donec poulatim decolor ętas
g ii Ferrea progenies durum caput extulit aruis
e viii Et belli rabies & amor successit habendi
g ii Iusticia excedens terris uestigia fecit
e iiii Nec longum in medio tempus:furor iraqꝫ mentem e ii.
g ii Precipitant gaudent perfuso sanguine fratres
eodẽ Condit opes alius defosso incubat auro
Nec doluit miserans inopem:dexteramqꝫ tetendit

¶Deus misit diluuiũ pp maliciam hominũ. ca. 33

e x Tunc pater omnipotens:grauiter commotus ab alto e i.
e ix Aethere se mittit:tellurem & fundit in undas e xii.
e xii Diluuium mittens cœlumqꝫ in tartara soluit
e ii Sternit agros:sternit sata leta:boumqꝫ labores
g i Diluit:impleutur fosse & caua flumina crescunt
g iii Et genus omne neci pecudum dedit atqꝫ ferarum

¶Et noe saluatur cũ tota eius familia. cap. 34.

e i Tnm pietate graui ac meritis:mirabile dictu e 4
e ii Qui fuit inuentor ueri & seruatissimus æqui
e vi Erripitur læto:tantis surgentibus undis e vi.
g iiii Vt genus unde noue stirpis reuocetur humanum

¶popnlus israel fugit apharaone in desertum & transit r a
re rubrũ & date sunt leges moysi. Cap. 35.

e vii Diluuio ex illo:patribus dat iura uocarit e v
e xi Omnipotens:magnisqꝫ agitat sub legibus æuum e 4
e viii Quid memorem infandas cedes quid facta tirãpni
g iiii Nesciaqꝫ humanis precibus mansuescere corda
e vii Egyptum uiresqꝫ orientis & ultima bella
g iiii Magnaminosqꝫ duces totiusqꝫ & ordine gentis
b v. Quo cursu:deserta petiuerit & tribus & gens. e vii.
e ix Magna uirum tanti meriti non inmemor unquam

e 6 Quiq; sacerdotes adsiut altaria iuxta e 4.
eodē Quiq; pii uates pro libertate rubebant
e 7 Qui bello exciti reges: quæ littore rubro e 8
e 8 Complerint campos acies quibus asserit armis eodem
e 4 Rex genus egregium magno inflammante furore e 4.
eodē Agmen agens epuitum & florentes ære cateruas
e i Cetera facta patrum pugnataq; in ordine bella e 8
g 4 Prætereo: atq; aliis post memoranda relinquo.

¶ De Misteriis noui testameuti.

¶ Et primo de incarnatione filii dei per spm sctūm. cap. i.

e xi Nunc ad te & tua magne pater consulta reuertor
e 7 Maius opus moueo: uatum predicta priorum e 4
e 3 Aggredior: quamuis angusti terminus æui eodem.
Accipiat: tentanda uia est: qua me quoq; possim e 3.
Tollere humo: & nomen fama tot ferre per annos eodem
b 4 Quod tua progenies cælo descendit ab alto
e 8 Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
eodē Auxilium aduentumq; dei: cum fœmina primū e 8.
e i Virginis os: habitumq; gerens mirabile dictu e 7
b 7 Nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt
e 5 Sed quia terrifica cecinerunt omnia uates
e 7 Aduentare uirum: populis terrisq; superbum e ii
e ii Semine ab æthereo: qui uiribus occupat orbem e 7
e i Imperium occeano famam qui terminet astris e 7.

¶ De natiuitate iesu christi. cap. ii.

e 8 Iamq; aderat promissa dies: quo tempore primum
eodē Extulit: os sacrum: diuinę: stirpis imago e 5
Missa sub imperio: uenitq; de corpore uirtus eodem
g 4 Mixta deo: subiitq; cari genitoris imago e ii

¶ De magis offerētibus munera & stella eorū duce cap. 3.

g 4 Haud: mora continuo cæli regione serena e 8
e ii Stella facem ducens magna cum luce refulxit
e 9 Agnouere deum proceres: cunctiq; repente e i.
e 5 Muneribus cumulant: & sanctum sydus adorant e ii.
e ii Tunc ueri manifesta fides clarumq; paterne e xi
e xii Nomen uirtutis & christi agnoscere uultum e ii.
e i Flagrant: & quæ dent diuini signa decoris e 5.

¶ Herodes rex turbatur audita natiuitate iesu xp̄i. ca. 4.

e 4 Protinus ad regem: magno clamore furentem e 4.
e 3 Fama uolat magnasq; acuit rumoribus iras e xii.

e 4 Incenditq; animum:matrisq; allabitur aures e 8.
codē Illa dolos:dirumq; nephas:ac inscia rerum e xii.
Præsensit:metusq; excipit prima futuros e 4
e 6 Præscia uenturi:furtim mandauit alendum e 4.
e 8 Dum curę ambigue:dum mens exestuat ira e 4

¶ Herodes rex iubet occidi pueros cap. 5.

e 7 At rex sollicitus:stirpem & genus omne futurum e 4.
e ii Præcipitare iubet subiectisq; urere flammis
e 3 Multa mouens:mittitq; uiros qui certa reportent e ii.
codē Haud secus ut iussi faciunt rapidisq; feruntur
Passibus & magnis urbem terroribus implent e xi.
e 6 Continuo audite uoces:uagitus & ingens
codē Infantumq; anime flentes:ante ora parentum g 4.
codē Corpora natorum sternuntur limine primo

¶ Maria mater domini aufugit cū filio in egyptū. cap. 6

e 4 At mater gemitu non frustra exterrita tanto
e xi Ipsa manu pre se portans:turbante tumultu e 5.
g 3 Infantem fugiens plena ad presepia redit
e 8 Hic natum angusti subter fastigia tecti
e xi Nutribat teneris immulgens ubera labris
b 4 Hęc tibi prima puer fundent cunabula flores
codē Mixtaq; ridenti passim cum bacchare tellus
Molli paulatim collocasia fundet acanto

¶ Christus disputat in templo in medio seniorū. cap. 7.

b 8 Et iam finis erat:perfecto temporis orbe e 7.
e 7 Vt primum cessit furor & rabida ora quierunt
e 9 Ante annos animum gestans cœlestis origo.

¶ Omnes mirantur de sapientia xpi & sequūtur eū. ca. 8.

e 7 Per medias urbes graditur populosq; propinquos
Illum omnis tectis agrisq; effusa iuuentus
codē Attonitis inhians animis prospectat euntem
Turbaq; miratur matrum quis spiritus illi e 5.
e 5 Quis uultus uocisue sonus uel gressus eunti est.

¶ Testimonium ioannis iesu de christo. cap. 9.

e 7 Continuo uates nanq; hic certissimus auctor
e 8 Vt procul a gelido secretum a flumine uidit
e 6 Tempus:ait deus ecce deus:cui maxima rerum e 9.
codē Verborumq; fides:tu non eris alter ab illo b 5.
b 6 Fortunate puer:cęli cui sydera parent e x.
e 6 Sic equidem ducebam animo rebarq; futurum
e ii Expectate uenis:spes & solatia nostri. e 8.

¶ Xp̄s baptizat᷑ a ioanne & sp̄ūſſcūs deſcēdit de cœlo. ca. x.

e x Hæc ubi dicta dedi fluuio uerſare ſalubri g i.
eodē Accipit uenientem: ac mollibus extulit undis
e 3 Exultantqꝫ uada: & ſubito commota columba e 5.
e 4 Deuolat & ſuper caput aſtitit: inde repente
e 8 Rapit iter liquidum celeres quoqꝫ commouet alas

¶ Multi baptizati ſunt cum chriſto. Cap. xi.

e 6 Huc omnis turba ad ripas confuſa ruebat
g i Certatim largos: humeris infundere roris

¶ Vox de cœlo audita eſt: hic eſt &c. cap. xii.

e xii Tum genitor: natum dictis compellit amicis
e i Nate mee uires: mea magna potentia ſolus
e x Et prædulce decus: magnum rediture parenti e x.
b 7 A te principium tibi deſinit accipe teſtor e x.
e 7 O mea progenies: qua ſol utrunqꝫ recurrens e 7.
eodē Aſpicit occeanum perfecto lętus honore e 4.
Omnia ſub pedibus uerti regiqꝫ uidebis
e 9 Tu regere imperio populos matreſqꝫ uiroſqꝫ e ii.
e i Iam pridem deſides animos deſuetaqꝫ corda.
g i Ignaroſqꝫ uie mecum miſeratus inhertes
eodē Aggredere & uotis iam nunc: aſſueſce uocare
e 3 Dixerat ille patris magni parere parabat
eodē Imperio: inſtans operi regniſqꝫ futuris. e i.
e 6 Heu pietas heu priſca fides quas dicere grates
e ii Incipiam: ſi parua licet componere magnis g 4
eodē Nec mihi iam patriam antiquam ſpes ulla uidendi
b i Nec ſpes libertatis erat nec cura ſalutis

¶ Omnia rident: de aduentu domini. cap. i3.

b i Hic mihi reſponſum dedit primus ille petenti
e 6 Concretam exemit labem purumqꝫ reliquit
eodē Aethereum ſenſum: meqꝫ in mea regna remiſit e ii.
e 6 Illum ego per flammis agerem ſi ſirtibus exul
e x Per uarios caſus: per mille ſequentia tæla e 6.
e xii Quo res cunqꝫ cadant: unum per numine tanto e ii
e 6 Exequerer: ſtrueremqꝫ ſuis altaria donis
eodē Huius in aduentu tantarum munera laudum e 8
b 5 Ipſi leticia uoces ad ſydera iactant
eodē Intonſi montes: reſpondent omnia ualles b x.

Ductus est iesus ut tentaretur a diabolo. cap. 14.

g 13 Tempore non alio:magnum & memorabile nomen. e 4
e 7 Serpentum suriale malum meminisse necesse est e 6.
e ii Ausus quin etiam:fama est obscurior annis e 7.
e 3 Compellare uirum:& ueniendi poscere causas e 6.
e 6 Huc ubi tendentem aduersum per gramina uidit
e x Substitit infremuitq; ferox:dominumq; potentem e 6
e xi Sautius:at serpens affatur uoce superba e 6.
e 3 Verane te facies?uerus mihi nuntius affers
e 8 Qui genus unde domo :qui nostra ad limina tendis? e 6
e 6 Fare age:quid uenias:nam te dare iura loquuntur e i.
g 4 Aut quis te iuuenum:confidentissime nostras
eodē Iussit adire domos:paciq; imponere morem? e 5.
b i Non equidem inuideo miror magis accipe porto e x.
e x Quid dubitem?& que nunc animo sententia surgat
e x Est domus alta:uoca zaphyros:& labere pennis e 4
e 7 Ardua tecta petens:ausus te credere cœlo e 5.
g 4 Si modo quem memoras pater est tibi?sydera parent.

Christus diabolum alloquitur Cap. i5.

e 9 Olli subridens sedato pectore fatur
e 8 Haud uatum ignarus uenturiq; inscius æui
e 4 Dissimulare etiam sperasti perfide serpens
e 3 Nec dubites iam uera uides optataq; pennis e xii.
e xii Astra sequi clausumq; caua te condere terra
e x Quo periture ruis:maioraq; uiribus audes?
e 5 Cede deo:toto proiectus corpore terra. e xii

Diabolus fugit audito christo. cap. i6.

e 6 Nec plura his ille admirans uenerabile donum
e x Fronte præmit terram:& spumas agit ore cruento g 4.
e xi Contentusq; fuga cecis se immiscuit umbris

Dn̄s iesus eligit discipulos & multa turba seqtur illū.ca.i7

e 3 Interea magnas uolitans it fama per urbes
e 5 Conuenere uiri:mens omnibus una sequendi
e ii Inquacunq; uelit pelago decurrere terras
e 5 Multi præterea.quos fama obscura recondit
e 4 Concurrunt fremitu denso stipantq; frequentes
e xi Exultantq; animis:medium nam plurima turba e 6.
e 6 Hunc habet atq; animis extantem suscipit altis

¶ Iesus predicat ad turbas de regno dei de contemptu diuitiarum: & de penis inferni cap. 18.

e ii Quos ubi consertos audere in prelia uidit
e 8 Incipit & dictis diuinum inspirat amorem
e 6 Discite iustitiam moniti & succurite fessis
e 5 Pro se quisq; uiri: cuicunq; est copia læti e 5.
e 8 Communem uocate deum: meliora sequamur e 3.
e 5 Quoq; uocat uertamus iter: uia prima salutis e 6.
e ii Intemerata fides & omnes sibi conscia recti
e 3 Vobis parta quies perfecto temporis orbe
e 9 Nam qui diuitiis soli: incubuere repertis
Nec partem posuere suis: dum uita maneret
Pulsatus ue parens & fraus innexa clienti
e 3 Tunc cum frigida mors animam uel deserit artus
e 7 Inclusi penam expectant: quæ maxima turba est
Infernisq; ciet tenebris: ueterumq; malorum e 6.
e 6 Supplicia expendunt aliis sub gurgite uasto
Infectum luitur scelus aut exuritur igni
Turbidus hic cæno uastaq; uoragine gurges
e 6 Extuat atq; hominem: cocciti eructat harenam
Hinc exauditi gemitus & seua sonare
Verbera: rum stridor ferri strictæq; cathenæ
Semper & obducte densantur nocte tenebre

¶ Et prædicat ne colant idola. cap. 19.

e i Præterea quę dicam: animis aduertite uestris e ii.
b i Non ego uos post hac: cesis de more iuuencis e 3.
e 8 Relligione patrum: truncis & robore natas e 8
e 9 Mortali ue manu effigies nec templa deorum
e 3 Audite & repetens iterum iterumq; monebo
e 9 Sed periisse semel satis est: natumq; patremq;
g i Profuerit meminisse magis: si credere dignum est
g 3 Sed fugit interea fugit irreuocabile tempus
g i Flammarumq; dies: & uis inimica propinquat
e 5 Attonitis hesere animis: nec plura moratus

¶ Prædicat de iudicio uenturo cap. xx.

e ii Hic aliud maius miseris mortalibus egris
e 3 Iudiciumque canit tristes denuntiat iras
e i Venturum excidium: & uasta conuulsa ruina e 3.
g i Omnia tunc pariter rutilo miserier igni

e 9 Pallenteſqꝫ polo ſtellas cœliqꝫ ruinam. e i.
e ii Tunc uero tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor & taciti uentura uidebãt.
¶ Quidã rogauit dñm qd faciẽdo uitã poſſideret. ca. xxii.
e 7 Hæc ſuper aduentu cum dicta horrenda moneret e 3.
e 9 Ore puer: prima ſignis intonſa iuuenta
e ii Diues opum ſtudiis florens & nobilis ortu g 4.
e 7 Quinqꝫ greges illi ballantum & bina redibant
Armenta & dapibus menſas onerabat opimis g 4.
e 6 Continuo alacris palmas utraſqꝫ tetendit e 6.
e i Et genua amplectens: ſic ore affatus amico eſt. e 3.
g 4 O deus o fame merito pars maxime noſtre
e i Ad te confugio & ſupplex tua numina poſco
e 6 Omnia perfeci iuſſa atqꝫ animo mecũ ante peregi
Erripe me his inuite malis quid deniqꝫ reſtat e xii
e 3 Quod ue ſequens tantos poſſim ſufferre labores
e 8 Accipe daqꝫ fidem mihi iuſſa capeſcere fas eſt e i.
¶ Reſpondit ei dominus cap. xxiii.
e 6 Atqꝫ huic reſponſa paucis ita reddidit heros
e xii O preſtans animi iuuenis aſſiſte precando e 8.
b x Nec te peniteat nihil tibi o amice relictum eſt e 6.
r 7 Hoc etiam his addam tua mihi ſi certa uoluntas
e 8 Diſce puer contempnere opes & te quoqꝫ dignum
Finge deo: & que ſit poteris cognoſcere uirtus b 4.
e 6 Da dextram miſero: fratrem ne deſere frater. e x.
e 7 Si iungi hoſpicio properat coniunge uolentem e 5
g ii Caſta pudicitiam ſeruet domus: en age ſegnes e 4.
e iiii Rumpe moras: rebus ueni non aſper egenis e viii.
e xi Dixerat hæc: ille in uerbo ueſtigia torſit e 3
e i Triſtior: ora modis attollens pallida miris e xi.
e xii Multa gemens ſeſeqꝫ oculis attollit et aufert e iiii.
¶ Chriſtus inſedit aſello. Capitulum. xxiiii.
g i Tunc etiam tardi celeſtis herus aſelli
e ii Inſedit nimbo effulgens tum plurima circum e 5
g iiii Matres atqꝫ uiri pueri uelamina uoto e 6.
Subiciunt: funemqꝫ manu contingere gaudent e ii.
e xi Iamqꝫ propinquabant portis templumqꝫ uetuſtum e ii.
e 8 Antiquæ cedri centum ſublime colũpnis e ii
e x Ingreditur: magna medius comitante caterua e 5.
¶ Xp̃s expulit flagello emẽtes & uẽdẽtes de tẽplo. ca. xxv.
e 7 Horrendum ſiluis: hæc illis curia: templum e 7.
Hæc ſacre ſedis: miroqꝫ honore colebãt e 4.
e i Namqꝫ ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo

e 7 Horrescit uisu subito insonuitq; flagello e 5.
e xii Significatq; manu & magno simul intonat ore
e 6 Quæ scelerum facies quæ ue æra micantia cerno e ii.
e 3 Cæsaris & nomen: & nomen insania mutat e 3
Hæc nobis prima sedes: est hic tempore certo g 4.
e 7 Perpetuis soliti patrum considere mensis
e ii Obstupuere omnes gelidusq; per ossa cucurrit e 6
Ima dolor: mensasq; metu liquere priores e 3.

¶ Discipuli periclitantur in mari. Cap. xxvi.

e 3 Inde ubi præ fides pelago tranquilla per alta e ii.
e ii Deducunt socii naues atq; arte magister e 8.
Hic alius funda latum transueto erat amnem g i.
Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina
Postquam altum tenuere rates: nec iam amplius ulle e 3.
Occurrunt terre: crebris micat iguibus ether e i.
Erripiunt subito nubes cælumq; diemq;
e 5 Consurgunt uenti & fluctus ad sydera tollunt e 5.
At sociis subit gelidus formidine sanguis e 3.
e 3 Diriguit: cecidere animi: conctiq; repente e i.
Portum expectabant flentes uox omnibus una e 5.

¶ Discipuli clamant adiuua nos pmiris.

Spemq; metumq; inter dubii seu uiuere credat e i.
e i Siue extrema pati leti discrimine paruo. e 3.
Qualia multa mari naute ponuntur in alto. e 7.

¶ Christus ambulans sup mari imperat uentis: cap. xxvii.

Ecce deus magno miseri murmure pontum e i.
e i Emissamq; hyemem sentit cui summa potestas e x.
e 5 Par leuibus uentis: & fluminis otior undis e 6.
Prima petit maria & pelago decurrit aperto
e 3 Nec longo distat cursu pereunte carina e 5.
e x Agnoscunt longe regem dextramq; potentem e 7
e 3 Nudati socii & magno clamore salutant
Postquam altos tetigit fluctus & ad æquora uenit
Hic uero horrendum ac uisu mirabile ferre e 7
e 5 Subsidunt unde: ramo ut luctamen id esset e 8.
e i Collectasq; fugat nubes graditurq; per æquor c 3
Iam medium: nec dum latera ardua corpore tangit
At media socios incedens naue per ipsos e i.
Ecce gubernaculn rector subit ipse magister
e 5 Intremuit malus: gemuit sub pondere cimba e 6.
e 4 Vella cadunt pupiq; deus conscendit in alta e 5.

Et tandem leti naute:auertuntur harenę e 6.

¶ De cæna domini. Cap. xxviii.

e 6 Deuexo interea prior fit uesper olimpo
e i Tunc uictu reuocant uires fusiq; per herbam
Et dapibus mensas onerant & pocula ponunt

¶ Christus tradidit corpus & sanguinem discipulis:ad sacramenti misterium. Cap. xxviiii.

e i Postquam prima quies epulis:mensæq; remotę
e ii Ipse inter primos genitor instaurat honores
e xii Suspiciens cœlum:tunc facta silentia linguis e i.
e xii Dant manibus fruges:dulcesq; & fortibus undis g ii.
e i Impleuitq; mero patheram ritusq; sacrorum e xii.
e x Edoar immiscetq; preces:ac talia fatur e xii.

¶ Christus predicat apostolis.

e 3 Audite o proceres:& spes ut discite uestras
e 5 Nemo ex hoc numero:mihi non donatus adibit
Promissisq; patris:uestra inquit munera uobis
Certa manent pueri:& palmam mouet ordine nemo e 5.

¶ Christus pronuntiat passionem suā apostolis. cap. xxx.

e 8 Et lux cum primum terris se crastina reddet e 8.
e 5 Vnus erit tantum in me exitiumq; meorum g i
e 3 Dum medium pati se offert de corpore nostro e i.
e 5 Namq; dies ni fallor adest seducite curas e x.
e 4 Mecum erit iste labor:nec me sententia fallit e x
e 5 Vnum pro multis dabitur caput:hæc ita fatus e 6.
Conticuit se iamq; dedit per membra quietem e 8.

¶ Fugiunt apostoli Cap. xxxi.

Diffugiunt comites:& nocte teguntur opaca e 4.
Multaq; dura suo tristi cum corde uolutant e 8.
e 9 Quid faciant herent infixi pectore uultus e 4.
Verbaq; nec placidum membris dat cura quietem.

¶ Conqueritur petrus cum sociis Cap. xxxii.

Tunc senior tales referebat pectore uoces. e 5:
e 6 Multa putans ubi nunc nobis deus ille magister e 5.
Quem seqmur?quo ue ire iubes ubi ponere sedes e 3
e x O dolor atq; decus tantarum gloria rerum e 4
e ii Iam iam nulla mora est & nos rape in omnia tecum e ii.
Optamus teq; aspectu ne subtrahe nostro e 6.

¶ Tumultus fit in iudeis Cap. 33.

e 4 Occeanum interea surgens aurora reliquit
e 8 Iamq; sacerdotes:late loca questibus implent g 4.

Cum populo & patribus ferturq; per agmina murmur g 4.
e i Quod genus hoc hominũ q̃ ue hũc tã barbara moré. e xii.
Permittit patria?pęnas cum sanguine poscunt
e ii Vndiq; collecti:& magno clamore sequuntur e ii.
Insontem sæuitq; animis ignobile uulgus e 9.
¶ Xp̃s hora sexta illudit' & ductus ẽ ut crucifigatur.ca. 34.
e 4 Sol medium cœli conscenderat igneus orbem e x
e 9 Tunc subito accurri omnes populosq; patresq;
Exposcunt:fariq; iubent:quo sanguine crenis
e xii Quid ue petat:quid ue ipse ferat prędamq; tuentes e 3
Facta uiri manus dolor & stupor urget inhertes e x
Nescia mens hominum certant illudere capto e ii.
e 4 Tunc uero captis concurrunt undiq; tælis
e xii Tollitur in cœlum clamor cunctiq; repente e i:
e ii Corripuere sacram effigiem:manibusq; cruentis
e xi Ingentem quercum dicisis undiq; ramis
e 6 Constituunt spinisq; ligant ingentibus illum e ii
e 6 Tendebantq; manũ pedibus per mutua nexis e 7
e 6 Triste ministerium sequitur quos cerera proles e 5
Ausi omnes inmane nefas ausoq; potiti e 6.
¶ Christus alloquitur iudeos
e x Ille autem inpauidus quo uincula nectitis inquit b 6.
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri e i.
Post mihi non simili pœna commissa luetis
e ii Talia perstabat memorans:fixusq; manebat
¶ Fit teremotus & sol obscuratur. cap. 35.
e ii Interea magno misceri murmure cœlum e i.
Incipit:& rebus nox abstulit atra colorem e 6
Impiaq; eternam timuerunt secula noctem g i
g i Terra tremit fugiere ferę & mortalia corda.
Per gentes humiles strauit pauor:inde repente e 8.
e 9 Dat tellus gemitum:& cœlum tonat omne fragore e 9.
¶ Christus descendit ad limbum & extrahit animas.cap. 36
e xi Extemplo comites herebi de sedibus imis g 4.
g 4. Vmbre ibant tenues:tellus quoque & equora ponti g i
Signa dabant:sistunt amnes terreq; dehiscunt
Quin ipsæ stupuere domus:atq; intima læti g 4.
Tartaraq; & umbrose penitus patuere cauernæ e 8.
g i Sol quoq; exoriens:cuncti se scire fatentur e xi.
Tunc caput obscura nitidum ferugine tinxit g i.
¶ Christus tertia die resurrexit. Cap. 37.
e xi Hosq; inter motus media inter talia uerba e xii
e x Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram.

g 4 Iamq; pedem referens superas ueniebat ad horas
e ii Cum subito ante oculos ingenti mole sepulchrum e 6.
e xi Corpus ubi exanimum positum nec claustra nec ipse e ii.
e ii Custodes sufferre ualent auulsaq; saxis e ii.
e ii Saxa uident: laxis laterum compagibus arctis e i
e 9 Fit sonus ingenti concussa est pondere tellus
e ii Horror ubiq; animum simul ipsa silentia terent

¶ Foribus clausis apparuit christus apostolis. acp. 37.

e 8 Ecce autem primi uoluunt cum culmine cantus
e 7 Ingreditur linquens antrum spoliisq; superbus e 8
Ibat ouans pulsaq; pedum premit excita tellus
e ii Vulneraq; illa gerens foribus sese ingerit arctis e xi
e ii Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
e ii Inuenit admirans numerum cunctisq; repente e i.
e i Improuisus ait: coram quem queritis adsum
e 6 Vicit iter durum pietas & inuida uirtus e 5.
e 4 Pręcipites uigilate uiri timor omnis ab esto e xi.
e xi Hi uestri reditus expectatiq; triumphi
e xi Hec mea regna fides: oterq; quaterq; beati e i.
e xi Quæ uobis quæ digna uiri pro laudibus istis
e xi Pręmia posse reor solui quę digna paraui e 4.
Accipite ergo animis quæ uos a stirpe parentum e 3
Prima tulit tellus eadem uos ubere læto e i.
Accipiet reuocate animum mestumq; timorē
Mittite: & uosmet rebus seruate secundis

¶ Xps comēdat pacē oñdēs uulnera dubitātib⁹ de eo. ca. 38.

e xi Quod superest leti bene gestis ordine rebus
e x Pacem orate manu: pacem laudate sedentes e xi
e xii Magnanimi pacis solum inuiolabile pignus
e 5 Et simul his dictis faciem ostendebat & ora
e 6 Ora manusq; ambas: populataq; tempora ferro

¶ Gauisi sunt discipuli: uiso domino cap. 39.

e 5 Inmiscentq; manus manibus: gaudentque uidentes
e 6 Nec uidisse semel satis est iuuat usque morari
Et conferre gradum & dextræ coniungere dextrā e 8.

¶ Ascendit ad cœlos. uidentibus discipulis. cap. 40.

e 6 His demum exactis: spirantes dimouet umbras e 6.
e 9 Aera per tenerum cœloque inuectus aperto e i.
e 4 Mortales uisus medio in sermone reliquit
e i Infert se sceptus nebula mirabile dictu
e 7 Atque illum solio stellantis gloria cœli
Accipit eternumque tenet per secula nomen

Probe falconie uatis clariss. cētōe
Capitulorum. Tabula.

Impressum i ciuitate. Brixie a magistro. Bernardino misinta. Papiẽsi impressore. M. cccclxxxxvi. viii. Kln. Aprilis.


BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS